

PROPRIO DE LA MISA SAN ANDRÉS CORSINO

Obispo y confesor

4 de Febrero - Fiesta clase 3.ª - Blanco

Eclesiástico 45.30; Salmo 131.1 INTROITO

STATUIT ei Dominus testamentum pacis, et principem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in æternum. *Ps.* Memento Domine, David: et omnis mansuetudinus ejus. *Ÿ.* Gloria Patri.

Asentó el Señor con él una alianza de paz, y le estableció jefe de su pueblo para que tuviese por siempre la dignidad del sacerdocio. Salmo. Tenle en cuenta, Señor, a David, todas sus aflicciones. *Ÿ.* Gloria al Padre.

COLECTA

DEUS, qui in Ecclesia tua nova semper instauras exempla virtutem: da populo tuo beati Andreae Confessoris tui atque Pontificis ita sequi vestigia; ut assequatur et praemia. Per Dominum.

¡Oh Dios!, que sin cesar suscitas en tu Iglesia nuevos ejemplos de virtud, haz que tu pueblo siga las huellas de tu santo obispo y confesor Andrés, de modo que merezca conseguir el mismo premio. Por nuestro Señor Jesucristo.

Eclesiástico 44; 45 EPÍSTOLA

ECCE sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, et inventus est justus: et in tempore iracundiae factus est reconciliatio. Non est inventus similis illi, qui conservavit legem Excelsi. Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, et testamentum suum confirmavit super caput ejus. Agnovit eum in benedictionibus suis: conservavit illi misericordiam suam: et invenit gratiam coram oculis Domini. Magnificavit eum in conspectu regum: et dedit illi coronam gloriae. Statuit illi testamentum æternum, et dedit illi sacerdotium magnum: et beatificavit illum in gloria. Fungi sacerdotio, et habere laudem in nomine ipsius, et offerre illi incensum dignum in odorem suavitatis.

He aquí al gran sacerdote que agradé a Dios en los días de su vida; fue hallado justo, y en el tiempo de la ira vino a ser nuestra reconciliación. No tuvo semejante en la observancia de la ley del Altísimo. Por eso juró el Señor engrandecerle a la cabeza de su pueblo. Ha bendecido en él a todas las naciones y ha confirmado su alianza con él. Ha derramado sobre él sus bendiciones, ha conservado para él su misericordia y ha hallado gracia a los ojos del Señor. Lo ha glorificado ante los reyes y le ha dado una corona de gloria. Ha cerrado con él una alianza eterna, le ha dado el sacerdocio supremo y le ha llenado de felicidad y de gloria. Lo ha escogido para ejercer las funciones del sacerdocio, para cantar sus alabanzas y ofrecerle dignamente un incienso de agradable olor.

Eclesiástico 44.16,20 GRADUAL

ECCE sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. *V.* Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Ex-celsi.

He aquí el gran sacerdote que agradé a Dios en los días de su vida. *V.* No tuvo semejante en la observancia de la ley del Altísimo.

Salmo 109.4 ALELUYA

ALLELUIA, alleluia. *V.* Tu es sacerdos in æternum, secundum, ordinem Melchisedech. Alleluia.

Aleluya, aleluya. *V.* Tú eres sacerdote por siempre a la manera de Melquisedec. Aleluya.

Después de la Septuagésima, en vez del aleluya, el tracto:

Salmo 111.1-3 TRACTO

BEATUS vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. *V.* Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. *V.* Gloria et divitiæ in domo ejus: et justitia ejus manet in saeculum saeculorum.

Dichoso el hombre que teme al Señor y se deleita en sus mandatos. *V.* Poderosa será en la tierra su descendencia; la raza de los hombres rectos será bendita. *V.* Opulencia y riqueza habrá en su casa, y su justicia perdura por siempre.

Mateo 25.14-23 EVANGELIO

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregre proficiscens, vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem, et profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, et operatus est in eis, et lucratus est alia quinque. Similiter et qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, et abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum, et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone, et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat, et ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi,

En aquel tiempo : Dijo Jesús a sus discipulos esta parábola: Un hombre, que partis para lejanas tierras, hizo llamar a sus criados, y les entregó sus bienes, y a uno le entregé cinco talentos, a otro dos, y a otro uno, a rada cual según su capacidad, y emprendió el viaje. En seguida, et que habia recibido cinco talentos, se fue, y negociando con ellos, ganó otros cinco. De la misma suerte, aquél que habia recibido dos, ganó otros dos. Mas el que recibió uno, fue, hizo un hoyo en la tierra y en él escondió el dinero de su Señor. Pasado mucho tiempo vuelve et amo de estos criados y ajusta cuentas con ellos. Llegándose el que habia recibido cinco talentos, presentóle otros cinco, diciendo : Señor, cinco talentos me habias entregado, he aqui otros cinco que con ellos he ganado. Respondióle su amo: Bien, siervo bueno y leal; has sido fiel en coca de poca importancia, te confiaré lo mucho; entra en el gozo de tu Señor. Llegándose también el que había recibido dos talentos, dijo : Señor, dos talentos me habias confiado he

ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus ejus: Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

aqui otros dos, que he granjeado con ellos. Dijole su amo; Bien, siervo bueno, has sido fiel en lo poco, yo te confiaré lo mucho; entra en et gozo de tu Señor.

Salmo 88.21-22 OFERTORIO

INVENI David servus meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum.

He hallado a David, mi siervo, lo he unguado con mi óleo santo; mí mano le protegerá y mi brazo le confortará.

SECRETA

SANCTI tui, quæsumus, Domine, nos ubique lætificent: ut, dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Te rogamos, Señor, que en todas partes nos alegren tus santos, para que celebrando sus méritos sintamos su patrocinio. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFÁCIO COMÚN

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

Lucas 12.42 COMUNIÓN

FIDELIS servus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

Fue el siervo fiel y prudente establecido por su amo sobre su gente, para darles a su tiempo su ración de trigo.

POSCOMUNIÓN

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus: ut, de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Andrei, Confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

Te rogamos, ¡oh Dios todopoderoso!, que, dándote gracias por los dones recibidos, obtengamos por la intercesión de tu santo obispo y confesor Andrés, beneficios aún mayores. Por nuestro Señor Jesucristo.